

rūm, quod postulat, concedamus, de illa ta-  
men massa vel materia informi rursus quaer-  
itur, unde? Ex nihilo, tandem fatetur ipse  
impleris. At nonne hoc est ludere in rebus  
vavibus atq; subtilitatem ex crassis nugis fru-  
stra quaerere? quasi idem non sit siue dicas  
mundum ex nihilo creatum, siue materiam  
mundanā ex nihilo conditam. Unde Augu-  
stinus Lib. 1. de Gen. Contra Manich. cap. 6.  
ait: Etsi omnia formata de materia illa in-  
formi facta sint, tamen haec ipsa materia de  
nihilō omnino est facta: unde rectissime cre-  
ditur Deum omnia ex nihilo fecisse. 5. Taceo  
interim, massam illam propter summam in-  
dispositionem & impotentiam ex sese ad for-  
mam mundi, jure pro nihilō haberi posse, non  
quidem merē negatiōe, sed per impotentiam  
dicto. 6. Rectius dixisset proximē & imme-  
diatē Deum produxisse mundum ex materia  
illā informi, remotē verō ex nihilō.

Obiect. 2. Argumentum ejus secundum  
male est. Quicquid propriē ex nihilō factum  
est, id expers est materiae. Atqui mundus non  
expers materiae. Ergo non est propriē ex ni-  
hilō factus. R. 1. Majorem esse falsissimū:

B 5

6116